Nos Philippus Dei gratia Rex Castelle Aragonum Legionis Utriusque Sicilie Hierusalem Portugalie, Navarre Granate, Toleti, Valentie etc. Et pro sua Mag.te

Nos Franciscus de Moncada, comes Aytone et Osone, Vicecomes de Cabrera et de Bas magnus Aragonum Senescallus Locumtenens et capitaneus generalis in presenti Valentie Regno. De fide sufficientia legalitate et animi probitate tuis Jacobe mallassen oppidi de Villafames de quibus apud nos fidedigno comendatis testimonio admodum confisi tenore presentis de nostra certa scientia ac Regia auctoritate qua fungimur deliberate et consulto Baiuliam dicti oppidi de presenti apud regiam curiam vacantem per obitum Joannis pallares illius ultimi possessoris tibi dicto Jacobo mallassen duximus concedendam, Prout regia seu nostra mera, et libera voluntate durante concedimus, comitimus et fiducialiter comendamus, cum omnibus et singulis iuribus salariis lucris et emolumentis prerogativis immunitatibus honoribus et oneribus eidem officio debite pertinentibus et spectantibus. Itaque tu dictus Jacobus mallassen et alius nemo dicta regia seu nostra mera et libera voluntate durante sis baiulus dicti oppidi de Villafames ipsumque officium tenias regas exerceas et administres fideliter legaliter atque bene Jura et regalias regias tuendo protegendo et conservando omniaque alia et singula faciendo et libere exercendo que ad dictum officium eiusque plenum usum et exercitium pertinere quovismodo dignoscantur prestito tamen prius per te solito iuramento in posse illius ad quem spectet de bene fideliter et legaliter te habendo in eodem officio exercendo et alia faciendo ad que tenearis et sis strictus. Mandantes propterea ad incursum regie indignationis et ire penamque florenorum auri Aragonum mille regiis inferendorum erariis spectabilibus nobilibus magnificis et dilectis Regiis consiliariis regenti cancellariam et doctoribus Regie audientie gerentibus vices generalis gubernatoris ac baiulis generalibus dicti presentis regni tam citra quam ultra Sexonam constitutis et constituendis Justitie Juratis et singularibus dicti oppidi de Villafames et ceteris officialibus et personis ad quos spectet et spectare poterit quatenus te dictum Jacobum mallassen et alium neminem regia seu nostra mera et libera voluntate ut prefertur durante pro baiulo dicti oppidi de Villafames habeant teneant et reputent honorificent atque tractent et illi eorum ad quos spectet in possessionem dicti officii te ponant et inmitant inmissumque manuteneant et defendant deque salariis iuribus lucris obventionibus et emolumentis predictis tibi integre respondeant seu faciant per quos decet plenarie responderi, nostramque huiusmodi gratiam et concessionem et omnia et singula in ea contenta teneant firmiter et observent tenerique et observari faciant per quos decet et non contrafaciant vel veniant seu aliquem contrafacere vel venire permittant ratione aliqua sive causa si gratia Regia eis chara est et preter iram et indignationem suam penam preappositam cupiunt non subire. In cuius rei testimonium presentem fieri iussimus regio comuni sigillo inpendenti munitam. Dat. in Regio palatio Valentie die undecima mensis Januarii anno a nato domini Millesimo quingentesimo octuagesimo quarto Regnorum autem prefate Regie Mag.tis videlicet Citerioris Sicilie trigesimo primo, Castelle vero Aragonum Ulterioris Sicilie et aliorum vigesimo nono Portugalie tamen quinto.

El Conde de Aytona

Pasqual R.

V. d.

Dns comes Locumtenens generalis mandavit mihi Guillelmo Nicolao Dehona Visa

V. S.t Salzedo p. fisci Ad.to

Vra Ex.a hase merced a Jayme mallassen de la baylia de villafames que esta vaca por muerte de Juan Pallares, durante la mera y libera voluntad de su Mag.t y de Vra Ex.a

es officio minimo y sin salario

P-71

Privilegi de [illegible] a [illegible] de
Jaume [illegible] [illegible]

38